

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Potentia S.R. Imperii Germanici

**Rechenberg, Adam
Pflug, Heinrich Siegmund**

Lipsiae, 1698

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-102628

VIRIS ac DOMINIS,

Generosa profapia, dignitate ac
munerum amplitudine

Perillustribus atqve Excellentissimis,

DOMINO

**AUGUSTO
FERDINANDO
PFLUG,**

Dynastæ in Cottewitz,
S. R. Imperii, nec non re-
rendiss. Ordinis Johannita-
rum Equiti, S. R. Majest. Po-
lon. & Sereniss. Elect. Saxon.
Consiliario Intimo, Supre-
moqve Camerario:

DOMINO

GEORGIO

de WERTHER,
Dynastæ Comitatus
Beichlingensis, nec non
Frondorff, Neuheilgen,
Leubingen & Kroppen,
S. R. Imperii Cubiculario
hæreditario, S. R. Majest. Po-
lon. & Seren. El. Sax. Comiti,
ac in Comitibus Imperii h. t.
Legato Excellentissimo

11 am Gym 211

✓ z

ET
DOMINO
DAMIANO
PFLUG,
DYNASTÆ

in
STREHLA & LOESNIG,
Gentis nostræ Pflugie

VENERANDO SENIORI,
DOMINIS ac PATRONIS
SUIS

Agnationis & cognationis
vinculo sibi junctis,

summaque animi observantia
colendis,

*Has Chartas Academicas sacras
esse cupit*

HENRICUS SIGISMUNDUS PFLUG,

Viro - Juveni
Generoso
DN. HENRICO SIGISMUNDO PFLUG,
S. O. D.
ADAMUS RECHENBERG,

EA sunt gentis Tuae generosissima decora, ut seu toga, seu sagi artes respiciam, illa cum paucis in Misnia nostra, eminentibus familiis comparari queat. Nam historia a longa annorum serie, testis est, PFLUGIOS & literarum & armorum gloria eminuisse, consiliorumque dexteritate ac prudentia, cum Romanis Imperatoribus, tum Electoribus ac Ducibus Saxonie inclutis, operam suam egregiam, multis modis adprobasse, magnamque inde gloriam apud posteros etiam, consecutos esse. Si ergo, quod Plinius Junior sensit, apud sapientes, honestissimum est, majorum vestigia sequi, ubi recto itinere praecesserunt; Tibi HENRICE SIGISMUNDE, ob oculos ex gente Tuae incluta pones SIGISMUNDOS, DAMLANOS, NICOLAOS, OTTONES, ANDREAS, JULIOS, JOHANNES, BERNHARDOS PFLUGIOS, qui omnes in historia, ob exquisitam eruditionem, prudentiam & merita in patriam celebrantur. Hi lumen Tibi praeferant. Hos emulari convenit, ut posteris itidem aliquando praeferas. Nosti enim illud Poëta:

----- perit omnis in illo
Nobilitas, cujus laus est in origine sola.

Unde Plinius jam laudatus Spurinnam olim laudavit, quod bonis artibus faveret, multumque gaudii caperet, si Nobiles Juvenes aliquid majoribus suis dignum faciant. Scis, & hodie esse, quamvis paucos, qui itidem gaudent, si Tui ordinis Juvenes in bonis literis eriti videant. Hi stimuli Te, Mi PFLUGI, pro bonitate indolis Tuae, incitare debent, ut iter, quod ingressus es, virtutis, strenue persequaris, nec gentis Tuae illustris decora propria factis illustrare intermitteris. Ego DEUM veneror, ut caeptis jam Tuis laudabilibus gratiam adspiret suam, Teque in decus familiae, ac generosissimi Patris Tui solatium, servet florentem!

De proper. Lipsiae 17.
Jan. M. DC. XCVIII.